

# Caesar: *De bello Gallico* – Liber primus (1-6)

## I.1 Gallien – geografisch und politisch betrachtet

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur.

Hi omnes lingua, institutis<sup>1</sup>, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen<sup>2</sup>, a Belgis Matrona<sup>3</sup> et Sequana<sup>4</sup> dividit.

- 5 Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu<sup>5</sup> atque humanitate<sup>6</sup> provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant<sup>7</sup> atque ea, quae ad effeminandos<sup>8</sup> animos, pertinent important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.

- 10 Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt<sup>9</sup>, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt<sup>10</sup>, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

Eorum una pars, quam Gallos obtinere<sup>11</sup> dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit<sup>12</sup> etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit<sup>13</sup> ad septentriones<sup>14</sup>.

- 15 Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur<sup>15</sup>, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem.

Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes<sup>16</sup> et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum<sup>17</sup> solis et septentriones.

**Vokabelhilfen:** 1 institutum, i (n) – Einrichtung, Sitte, Brauch (instituta et leges - Verfassung) | 2 Garumna (flumen) – die Garonne | 3 Matrona (flumen) – die Marne | 4 Sequana (flumen) – die Seine | 5 cultus, us (m) – höhere Lebensweise, Lebensart | 6 humanitas, humanitatis (f) – Gelehrsamkeit, Bildung | 7 commeare (commeo, commeavi, commeatum) – hin und her gehen, wandern | 8 effeminare (effemino, effeminavi, effeminatum) – verweichlichen | 9 praecedere (praecedo, praecessi) – übertreffen | 10 contendere (contendo, contendi, contentum) – sich anstrengen, kämpfen | 11 obtinere (obtineo, obtinui, obtentum) – besetzt halten, in Besitz halten, sich behaupten | 12 attingere (atingo, attingi, attingitum) – angreifen | 13 vergere (vergo, versi) – sich erstrecken | 14 septentrio, septentrionis (f) – Siebengestirn, Norden | 15 oriri (orior, ortus sum) – sich erheben, sichtbar werden | 16 Pyrenaei montes – die Pyrenäen | 17 occasus, us (m) – Untergang



Gallien vor Beginn des Krieges (58 v. Chr.)

## I.2 Die besondere Lage der Helvetier

Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus<sup>1</sup> Orgetorix. Is M. Messala, [et P.] M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus<sup>2</sup> coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis<sup>3</sup> exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri<sup>4</sup>.

- 5 Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura<sup>5</sup> altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno<sup>6</sup> et flumine Rhodano<sup>7</sup>, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit.

His rebus fiebat ut et minus late vagarentur<sup>8</sup> et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua

- 10 ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adiciebantur<sup>9</sup>.

Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur<sup>10</sup>, qui in longitudinem milia passuum<sup>11</sup> CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

**Vokabelhilfen:** 1 dis, ditis – reich | 2 inducere (induco, induxi, inductum) – hier: verlocken | 3 copiae, copiarum (f) – Scharen, Vorräte, Truppen, Streitkräfte | 4 potiri (potior, potitus sum) – in seine Gewalt bringen, sich bemächtigen (+ Abl. bzw. Gen.) | 5 Iura, ae (f) – das Iura (-Gebirge in F/CH) | 6 lacus Lemanus – der Genfer See | 7 Rhodanus (flumen) – die Rhône | 8 minus late vagari (vagor, vagatus sum) – seine Streifzüge nicht weit genug ausdehnen | 9 dolore afficere (afficio, affeci, affectum) – betrüben, mit Schmerz erfüllen | 10 arbitrari (arbitror, arbitratus sum) – beobachten, erwägen, erachten, (sich) halten für (+ dopp. Akk.) | 11 passus, passuus (m) – Doppelschritt (milia passuum – [röm.] Meilen = 1,5 km)

## I.3 Die Auswanderungspläne der Helvetier - Verschwörung des Orgetorix

His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti<sup>1</sup> constituerunt ea quae ad proficiscendum pertinent comparare, iumentorum<sup>2</sup> et carrorum quam maximum numerum coemere<sup>3</sup>, sementes<sup>4</sup> quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret<sup>5</sup>, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare.

- 5 Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt<sup>6</sup>; in tertium annum profectionem lege confirmant.

Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscipit. In eo itinere persuadet Castico<sup>7</sup>, Catamantaloedis<sup>8</sup> filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua

- 10 occuparet, quod pater ante habuerit; itemque Dumnorix<sup>9</sup> Haeduo, fratri Diviciaci<sup>10</sup>, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur<sup>11</sup> persuadet eique filiam suam in matrimonium dat.

Perfacile factu esse illis probat conata<sup>11</sup> perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis

- 15 suoque exercitu illis regna conciliaturum<sup>12</sup> confirmat.

Hac oratione adducti inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos<sup>13</sup> ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

**Vokabelhilfen:** 1 permovere (permovo, permovi, permotum) – bewegen, veranlassen | 2 iumentum, i (n) – Zug-, Lasttier | 3 coemere (coemo, coemi, coemptum) – zusammenkaufen | 4 sementis, sementis (f) – Saatgut | 5 suppetere (suppeto, suppetivi, suppetitum) – ausreichend vorhanden sein, zur Verfügung stehen | 6 ducere (duco, duxi, ductum) – hier: bestimmen, veranlassen | 7 Casticus (kelt. Casticos) – Adliger bei den Sequanern (ostgall. Stamm [Burgund]) | 8 Catamantaloedis (kelt. Catamantaloedes) – König der Sequaner | 9 Dumnorix – zeitweise Anführer der mit den Römern verbündeten Haeduer | 10 Diviciacus (kelt. Diviciacos) – Vergobret (= Stammesführer) und Druide (Priester) der Haeduer, der Cäsar förmlich um Beistand gegen die verfeindeten Sequaner gebeten hat | 11 conatum, i (n) – Unternehmung | 12 conciliare (concilio, conciliavi, conciliatum) – vereinigen, vermitteln, geneigt machen | 13 potens, potentis – mächtig, einflussreich

## I.4 Der Tod des Orgetorix

Ea res est Helvetiis per indicium<sup>1</sup> enuntiata<sup>2</sup>. Moribus suis Orgetoricem ex vinculis causam dicere<sup>3</sup> coegerunt; damnatum poenam sequi<sup>4</sup> oportebat, ut igni cremaretur.

Die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium<sup>5</sup> omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit, et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum

5 habebat, eodem conduxit; per eos ne causam diceret se eripuit.

Cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exequi<sup>6</sup> conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogent, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio<sup>7</sup>, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit<sup>8</sup>.

**Vokabelhilfen:** 1 **indicium, i (n)** – (An-) Zeichen, Zeugnis, Beweis | 2 **enuntiare (enuntio, enuntiavi, enuntiatum)** – ausplaudern, verraten | 3 **causam dicere (dico, dixi, dictum)** – eine Sache vertreten | 4 **sequi (sequor, secutus sum)** – folgen | 5 **iudicium, i (n)** – Urteil | 6 **exequi (exequor, executes sum)** – begleiten, verfolgen | 7 **suspicio, suspicionis (f)** – Verdacht | 8 **sibi mortem consciscere (conscisco, conscivi, conscitum)** – Selbstmord begehen

## I.5 Das Festhalten an der geplanten Auswanderung

Post eius mortem nihilo minus<sup>1</sup> Helvetii id quod constituerant facere conantur, ut e finibus suis exeant.

Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt; frumentum omne, praeter quod secum

5 portaturi erant, comburunt<sup>2</sup>, ut domum reditionis<sup>3</sup> spe sublata<sup>4</sup> paratiores<sup>5</sup> ad omnia pericula subeunda essent; trium mensum molita cibaria<sup>6</sup> sibi quemque domo efferre iubent.

Persuadent Rauracis<sup>7</sup> et Tulingis<sup>8</sup> et Latobrigis<sup>9</sup> finitimis, uti eodem usu consilio oppidis suis vicisque exustis<sup>10</sup> una cum iis proficiscantur, Boiosque<sup>11</sup>, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum<sup>12</sup> transierant Noreiamque<sup>13</sup> oppugnabant, receptos ad se socios sibi adsciscunt<sup>14</sup>.

**Vokabelhilfen:** 1 **nihilo minus** – nichts desto weniger | 2 **comburare (comburo, combussi, combustum)** – verbrennen, vernichten | 3 **reditio, reditionis (f)** – Rückkehr | 4 **spem tollere (tollo, sustuli, sublatus)** – die Hoffnung rauben | 5 **paratus, a, um** – hier: kampfbereit | 6 **molita cibaria, -orum (n)** – Mehl | 7 **Rauraci** – die Rauriker/Rauraker; kelt. Stamm am Oberrhein, mit den Helvetiern benachbart | 8 **Tulingi** – die Tulinger; germ. Stamm am Oberrhein; mit den Helvetiern benachbart | 9 **Latobrigi** – die Latobriger; kelt. Nachbarstamm der Helvetier | 10 **exuerere (exuro, exussi, exustum)** – völlig zerstören (durch Niederbrennen) | 11 **Boii** – die Boier; bereits sehr früh romanisierter Kelten-Stamm, der ursprünglich in der Gallia transpadana (zwischen Alpen und Po) gesiedelt hatte, zur Zeit der Schilderungen Cäsars aber schon am Oberlauf der Loire in Mittelfrankreich beheimatet war | 12 **Noricum** – kelt. Königreich (heutiges Ost-Tirol, Salzkammergut, Steiermark Kärnten, Slowenien), unter Augustus (15 v. Chr.) als römische Provinz eingerichtet | 13 **Noreia** – Hauptsiedlung in Noricum, vermutlich im heutigen Kärnten liegend | 14 **adsciscere (adscisco, adscivi, adscitum)** – annehmen, aufnehmen, billigen

## I.6 Die räumlichen Bedingungen – Gefahren für Rom?

Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos<sup>1</sup>, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur, mons autem altissimus impendebat<sup>2</sup>, ut facile perpauci<sup>3</sup> prohibere possent; alterum per provinciam nostram<sup>4</sup>, multo facilius atque expeditius<sup>5</sup>, propterea quod inter fines Helvetiorum et

5 Allobrogum<sup>6</sup>, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque non nullis locis vado<sup>7</sup> transitur.

Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava<sup>8</sup>. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur<sup>9</sup>, existimabant vel vi coacturos<sup>10</sup> ut per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani

10 omnes conveniant. Is dies erat a. d. V. Kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio consulibus.

**Vokabelhilfen:** 1 **Sequani** – die Sequaner; kelt. Stamm, der westl. des Juras siedelte | 2 **impendere (impendeo)** – (drohend) darüber hängen | 3 **perpauci, ae, a** – sehr wenige | 4 **provincia nostra** – gemeint ist die von Cäsar verwaltete Provinz Gallia Narbonensis | 5 **expeditus, a, um** – bequem | 6 **Allobroges** – die Allobroger; kelt. Stamm, der im nordwestlichen Teil der römischen Provinz Gallia Narbonensis siedelte (und Cäsar als wenig zuverlässig galt) | 7 **vadum, i (n)** – Furt, seichte Stelle | 8 **Geneva** – Genf | 9 **videri (videor, visus sum)** – scheinen | 10 **cogere (cogo, coegi, coactum)** – zwingen